Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Monasterio sit exceptus & tractatus. Reliquae quatuor ligneis deauratis tabulis, duabus maioribus, & duabus minoribus circlusae, ad petitionem quoqs pdicti D. Abbatis, sumptibus ac manibus Reverendissimarum & Serenissimarum DD. Mariae Christierna, & Leonorae Sororum, & Archiducum Austriae in Parthenico Collegio Halae degentium vestitae et condecoratae sunt, & nobis transmissae per PP. Societatis Anno 1674. mense Augusto.

Monasterium Aere alieno liberavit.

Trinis pene annis, quicquid aris alieni ab antecessoribus eius contractum est, exsoluit. Et praeter Oeconomica debita ob rei familiaris comparationem relicta, alia quoqs solida & fixa soluit, quorum summa decem millia florenorum excedit.

Monasterii proventus melioravit.

Non solum in frumento, uti maxime è illa decima in Igels, quam 72 florenis redemit; verum etiam in pecuniis redditus Monasterii multum auxit. Inter alia aucteria, insigne hoc est, quod cum ex fundatione Serenissimi Friderici propter missam Diuis debeantur nobis centum ducati ex theloneo Lueg, et centum ex domo Salinaria Halae annuatim & perpetuo; multo autem tempore pro uno ducato non plus quam centum crucigeri per ministros Camerae soluerentur, contra expressam voluntatem fundatoris, & resolutionem Maximiliani Imperatoris & Sigimundi Archiducis, qui seriose mandarunt ducentos Ducatos in propria sorte, vel tantum in moneta nobis annuatim solui, quanti quovis tempore ducati valent: Posse D. Melchior Abbas Anno millesimo Sexcentesimo decimo quarto à Serenissimo Dnô Maximiliano Archiduce omnium priuilegiorum Monasterii nostri à Secularibus Principibus concessorum solennem in libello confirmationem impetrauit, & efficaciter obtinuit executionem pdictae fundationis, cuius terribiles cominationes audiens & intelligens Serenissimus D. Maximilianus cu suis intimis Consiliariis, expauit, suamq; animam aeternis incendiis se non traditurum respondit. Obtinuit quoqs ut 72 carradae Salis ab Henrico Rege Bohemiae, filio fundatoris nostri fundata sine exactione auctarii nobis traderentur. Quodipsum ut Clerici in superiori ac inferiori Veni valle intellexere, supplicam quoqs mox D. tulere ipsi Serenissimo libellum pro remissione aucteriis ad sibi debitas carradas Salis, & impetrarunt.

Dictum ridiculum de D. Melchiore.

Caupo quidam famosus ac pdives, uir alias bonus, cuius nomen honoris causa subticeo, cum festum S. Calsiani Episcopi Brixinensis rubris literis in Calendario inscriptum cum apposito consueto signo festum illud in hac Diocesi sanctificandum esse vidisset; propter temporis incommoditatem (ut & multi alii rustici) impatiens; incidit n. festus iste dies in decimum 3tium Augusti, quo tempore coer in colligendo & inuehendo fano ac hordeo laborant agricolae; ex indeliberatione utiqs dixisse fertur, (ut non potius D. Abbas Stambsensis Calendario insertus est) Dicunt dii non ipsum cauponem, sed quendam colonum in eius taberna potantem dixisse. Quisquis dixerit, laudi hoc dixit iure laudando D. Abbati Melchiori, qui charus fuit Principi ac populo, magna apud utrumqs authoritatis uir, non in Monasterio solum, verum et in tota patria promotor boni cos ac reipublicae. Plus uno carmine significare, quam dicere volo,

Multa tulit, fecitq; Pater, sudauit & alsit,
Vt melioraret Fratribus omne bonum.